

EXPLICATIO BREVIS:
CONTROVERSIARUM DE
ritibus, & de verbis S. Cœnæ
Dominicæ.

CONTROVERSIÆ I. DE
Pane S. Eucharistia

A Pud Sophistas scholasticos infinitæ
quæstiones leguntur, agitæ de pane
Eucharistiæ. Et primùm quidē de materia
panis, num ex spelta, ex tritico, ex hordeo,
an ex quovis alio frumento confici debeat:
Deinde de forma & figura panis, azymum,
an fermentatum, magnum an parvum, ro-
tundum, annon esse conveniat.

*Bell. lib. 4^o
de Euchar.
cap. 7.*

Bellarminus materiam panis simpliciter
triticeam requirit: sed ineptis rationibus.

Adiaphorum est, undecunque panis con-
fieri possit, modò sit panis alimentarius,
qui analogiam Spiritualis alimonix susti-
neat.

*Vide Sam^o
Th. Ver. 8^o
cap. 11.*

Vndè & *Americanum* panem, quem Ba-
silienses ex radicibus aridis contulis confi-
ciebant, benè alimentarium, ut *Rogerus &
Lerius* testantur, cùm alius haberi nequi-
ret, quidni adhiberi licitum esse potuerit?
De fermento & azymis, vetus fuit Christia-
norum dissidium, Græcis fermentum, azyo

M

ma La-